

bonorum, refertum dampnorum et expenssarum, penam instrumentorum, debitum seu debita contenta in eisdem, terminum,
41 A pacta posita in eisdem et alia que videbuntur utilia eisdem //
ad ponendum. ¶ Item vicedominare omnes sententias intro-
missiones protestationes de verbo ad verbum, et si reperiretur 5
aliquod instrumentum vel aliam scripturam esse per ipsos sub-
scriptum vel subscriptam, quod vel que per ipsos vel alterum
eorum non esset scripta vel posita in eorum quaternis, cadant
ad penam libr. vigintiquinque par. pro quolibet instrumento et
qualibet vice contrafacta. ¶ Item recipere pro quolibet testa- 10
mento codicillo inventario sententia tam diffinitiva arbitraria
quam interlocutoria et intromissione unum vigintinum¹⁾ et
pro quolibet precepto duos par. et pro quolibet instrumento
cuiuslibet condicionis et generis sex par. et non plus. ¶ Item
recipere quodlibet testamentum, et codicillos, extra civitatem 15
Tergesti factum, tamen in eius districtu vel diocesi, si tale te-
stamentum vel codicillus infra tertiam diem eidem presentatus
fuerit, quo presentato facere legi in presentia testium qui inter-
fuerint, et scire ab ipsis si fuerint presentes, et si ipsi testes
cum notario se concordaverint de contentis in ipso testamento 20
prout ibidem fuerit lectum, tunc ipsum testamentum vel codi-
cillum in sua protectione habere, et ipsum claudere et sigillare
suo sigillo et ipsius notarii qui scripserit dictum testamentum,
et ipsum conservare in vicedominaria, cui testamento sic facto
extra civitatem Tergesti debeant interesse saltem tres testes, 25
non computato notario neque aliquo legatario ipsius. ¶ Et si ap-
pareret aliquod testamentum, vel codicillus, factum coram tribus
testibus²⁾ ore tenus absque notario, et illi ad quos dictum
testamentum pertinet infra quinque dies comparuerint una
cum dictis testibus³⁾ coram dominio Tergesti, et tale testa- 30
mentum factum denunciaverint, ut tale testamentum vel co-
dicillum reducere[t] in scriptis, tunc dominium Tergesti e-
xaminare debeat dictos testes et eorum dictum scribi facere
per notarium, et si fuerint in concordia testes, facere re-
duci testamentum vel codicillum in scriptis secundum eorum 35

¹⁾ et viginti. ²⁾ testes. ³⁾ testamentis.